

*3. simpl. 25**Cap. 7.**Lib. 1. Fen.**2. Doct. 2.**Summa 1.**cap. 15.*

dam, vel aliud simile iactēt, quod id efficiat. Adhibeant enim elicatum sulphur ferro, seu paleis, & sinceri tractus documentū edant: videbunt tum, quāta facilitate in ipforum sententias simus abituri. Sunt enim hæ qualitates quæ à tota fluunt substantia, hoc est, à forma compositi, quemadmodum Galenus, attractiones, ait, substantiarū fieri similitudine: & octauo medicam. localium, alimenta se obseruasse dicit, quæ secundum totam suam substantiam, proprietatem & familiaritatem ad alēdum corpus propendeant. Auicennæ sententia est, eā operationē, quæ proueniat, nō à temperamento, sed à forma specifica, quæ temperamēti sit comes, à tota substantia, à forma nimirum specifica, non à qualitatibus elementorum, vel earum commixtione profectam operationem denominandam esse, quamuis temperamentū qualitatis formalis actionē iuuet & pmoueat. Illæ verò, q̄ partiū priuata temperie remedio adsunt facultates, & complexionis vinculo inuicem nectuntur, quātumuis totum dispesca-
tur, superant tamen, & in libertatem as-
sertæ,